



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Post [i.e. Ante] Sacram communionem. Exercit. 80.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

Oblatio.

Offeremus Deo, Passionem & mortem Christi in satisfactionem omnium peccatorum nostrorum: offeremus etiam ei nosmetipsos ad integram emendationem, & pro illis, per gratiam ipsius satisfactionem.

ANTE SACRAM COMMUNIONEM.

Exercitium. 80.

1. Corin. 11. Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat indigne iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

Ioann 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in illo.

Consideratio.

Considerabimus, quis sit Dominus, quem suscepturi sumus & qui simus nos: altitudinem nimirum divinæ maiestatis & humilitatem nostræ vilitatis: adhæc

cur

cur veniat, videlicet, vt nobis gratiã suam conferat, & quam plenus amore, & quanto cum desiderio dona sua nobis communicandi, veniat.

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo, quod nobis semetipsum in hoc sanctissimo Sacramento relinquere voluerit.

Confusio.

ERubescemus, considerando indignitatem & vilitatem animæ nostræ, quæ tam diu fuit dæmonum habitaculum, quandiu in peccato mortali extitit.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt in anima nostra, internam ad sacratissimum hoc Sacramentum deuotionem suscitet, qua disponamur ad dignè illud recipiendum.

Oblatio.

Offeremus Deo cor nostrum, vt per Sanctissimum hoc Sacramentum, illud secum perfectè vniat & in se

in se transformet, & nihil desideret,
nihil quærat, nihil cupiat, præter
ipsum.

POST SACRAM

Communionem.

Exercit. 81.

*Ioan. 6. Hic est panis qui de coelo descendit:
& qui manducat me ipse viuet propter me.*

Consideratio.

CONsiderabimus, eum quem susce-
pimus esse Christum Redempto-
rem nostrum: qui tam verè intranos
est, quam vere ad dexteram Dei Pa-
tris in coelis residet.

Gratiarum actio.

GRatias referemus Deo, pro sin-
gulari hac gratia qua nos orna-
uit, & inuitabimus Angelos & san-
ctos omnes, atque omnes creaturas,
vt nobiscum laudes diuinas celebrèt
nosque in gratijs Deo pro hoc bene-
ficio referendis adiuuent.

Confusio.

VDore suffūdēmur, atque ad Dei
pedes nos prosternemus & coram
ii s ip sius